Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26085
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Scimus autem quoniam cum apparuerit similes ei erimus. Qui
mox unde hoc fieri ualeat adiungit dicens. Quoniam
uidebimus eum sicuti est. Esse aeternum di est. aeternum hunc
atq; incommutabile permanere. Nam omne quod mutatur
desinit esse quod fuit. incipit esse quod non fuit. Dei uero est
dissimilitudinem numquam esse. Vnde ad moysen dicit. Ego sum
qui sum. & dices filiis israel. Qui me misit me ad uos.
Iacobus quoq; ait. Apud quem non est transmutatio. nec
uicissitudinis obumbratio. Itaq; per iohannem dicit. Simi
les ei erimus. quoniam uidebimus eum sicuti est. quia per hoc quod
aspicimus ei essentiam naturae. a mutabilitate nostra liberati
figimur in aeternitate. Immutabimur quippe
in ipso quem uidebimus. quia morte caremus uidendo
uitam. Mutabilitatem nostram transcendimus uidendo im
mutabilitatem. Corruptione nulla tenebimur ui
dendo incorruptionem. Erit enim et similitudo homi
nis. etiam incorporis; nostris. hinc enim per paulum dicit.
Nostra conuersatio in celis est. Vnde etiam saluatorem expec
tamus dominum nostrum ihm xpm qui reformauit corpus
humilitatis nostre. configuratum corpori claritatis sue.
Erunt enim et electorum corpora claritati dominici cor
poris configurata. Quae etsi aequalitatem glae ei non ha
bent per naturam. similitudinem tamen configurationis ei
habent per gratiam. Quia itaq; similitudo uitae. nec in
moris; trahit electorum. & in resurrectione sequitur
similitudo aeternitatis inmortis. quoniam uidebimus eum sicuti est.
Et quia similitudinem qq; illius etiam corpora nostra
percipient in configuratione. dicat recte de sciis anima
dicat lib. Similitudo hominis incipis; haec nos in exordio
expositionis perlibasse sufficiat. ut loquendi uirtus
refota silentio ad indaganda mysteria quae se
cunt robustior exsurgat. Certe etenim sumus. quia
ipsum de quo loquimur habemus adiutorem. Qui viuit et
r. cum p. in. v. f. sci. d. p. o. secla. s. Amen. Explicit. i.